 mias. **Q**m̄ her dicit dñs ad sellū
 filiū iosie regē iuda q̄ regnauit. pro
 iosia p̄re suo. q̄ egressus ē de loco is
 to. nō reuertet. huc ultra. **J**oachi

qui et heliathim dicit. ipse ioachi
 ductus ē in babilonē cū vasis tepli
 dñi. et daniel et ananias et azari
 as. et misael cū eo. **J**oachi filij eiz
 qui et iechonias capti⁹ ductus ē
 in babilonē cū ceteris vasis domus
 dñi. cū ezechiele et mardoceo i tū⁹
 loco substitut⁹ ē machanias qui et
 sedechias. filij iechonie asir sala
 thiel unū ē nomē ipse est fadaiā
 pater zoro babel. **I**nēptatur fadai
 a redēptus dñi. asir carceratus. sa
 lathiel frutex dei. **B**eneser filius
 iechonie qui in efra sēbasar dicit.
Beneser inēptatur. blasphematur.
 sēbasar tribulatur. **D**esbasar scribit.
 cui t̄pus annū aut vasa dom⁹ dñi.
Dechenias habuit filiū semeiā v
 nitū. qui habuit quinq; filios. athux
 regal. baaria. naaria et saphat.
 sex q̄ tū p̄re suo semeiā. qui unū
 p̄ris erat sex p̄putant.

Filij iuda quinq; q̄ iam nō ibus
 alijs sup̄ius nōiati sūt. **H**aut
 mutant nōiā repetendo. causa inē
 p̄tatiōis. **D**hates inēptatur. diuisio.
Eson ipse ē zara. **E**son inēptatur.
 atū. zara ortus. **C**harim ipse ē her.
Charim inēptatur. vinea mea. her
 vigilans. **H**uc ipse est onan. **H**ur in
 t̄ptatur. fenestra. onan inēptatur.
Dobal ipse est sela. **D**obal genuit re
 aia. **R**eaiā genuit geth. **G**eth genu
 it athimar. et ied. **J**ed genuit ethā.
Ethā genuit iescabel. a q̄ vobis
 nomē accepit in qua nabocho habi
 tabat. **D**obal ipse genuit reaiā q̄
 alionōie her dicit. **J**oarco aut. **H**er
 et onan in p̄tō suo mortui sūt. **D**o
 bal inēptatur. sp̄ra. sela missus.
Quo diuisis nōibz vocant ad mi
 terū p̄tinet. **D**hanuel p̄re iedor. et

S^m q̄ eā dhanania

S^m mic⁹ p̄l erat

plūs

ezer pater ofa. filij fuerunt de fratribus
huius filij marie. Jedor uero et ofa nomina
locorum sunt. Assur genuit ethan. et no-
men matris eius balaa. Ethan genuit
thub. thub genuit sobaba. Sobaba
genuit iabes qui fuit doctor de quo
super dictum est. Quod uero inter thub et ia-
bes introducit cognationes aathel
filij arum her causa est. Arabel ipse est
obab qui interpretatur post exaltum. filij
arum ipse est retro. Arum interpretatur
exaltatus. Quia ergo iabes doce-
bat eas habitates intentorum sicut
iam super dictum est. ideo introducit in eius
progenie quasi a maioribus eius progeni-
tis sint. Hinc iabes fecit nonnulli ad-
huc uicem per hanc suam. quae dicitur
praestat deus quae praestatur est. Chaleb
frater suus ipse est ramb. Ram inter-
pretatur excelsus. et suus humilis. Ge-
nuit caled mathur. Nachur genuit
eschon. eschon genuit naas. Quod
uero dicitur eius praem uerbis naas. intel-
ligi potest aut bethlehem aut miriam.
quia ysaia naas in alio loco vocatur
id est coluber. Jethra ismahelites
habuit uxorem abigail filiam naas.
Abigail soror est dauid filia naas.
id est ysaia qui utroque nomine vocabatur.
Quod uero dicitur. isti sunt uiri recha. Recha
interpretatur tener. quae nonnulli dauid
intelligi uolunt. Dicit enim ipse ait. Ego
sum tener et uir rex. Et in alio loco
quasi lignum uinculorum tenerrum. Quod
enim uiri recha id est dauid dicitur quod
propter commendam genealogiam dauid
in hac sententia annotati sunt. Enes genuit
ottoniel et saraiam. Desaraiam dicitur
posse ioab. qui ideo dicitur pro ual-
lis artificum. quod de filiis eius fuerunt
architecti ad edificandam domum
domini. filij esra iether. mered effer

et iaalon. Esra interpretatur auxi-
lium. ipse enim dicitur amram patrem
moysi et aaron. Jether interpretatur
residuum. Ipse est aaron. Mered re-
bellans. ipse est moyses. Effer id est
ficti. esrem puluis. ipse est eldad. Ia-
alon ille ipse est medad id est duos
qui prophetauerunt. Tradit enim moy-
ses post acceptam legem in hemopa-
luisse. ut merem dimitteret. eo quod
eius amita esset. filia enim fuit leui.
postquam discedit duxisse aliam ux-
orem amram fecit. ex qua suscepit
hos duos filios eldad et medad.
Quod uero sequitur. genuitque maria
et samai et iesba praem. emmoha.
samahi moysen intelligi uolunt qui
interpretatur celestis. iesba aaron
qui interpretatur collaudatio. patrem
emmoha id est ignem manentem. eo
quod filij aaron in assiduis sacri-
ficiis igne utebantur. Quod sequitur uxor
eius iudaea genuit iared. iudaea
ipsa est iochabed mater moysi. Quod
nomen uero quae sequitur pene omnia mo-
ysi nomina intelligi uolunt. quod ideo
iared uocatur. id est descendens quod
monte descendit. Pater iedor id
est septuaginta eo quod quasi quadam sepe le-
ge arcu dederit populum. Heber uir
tor eo quod populum dei seruitio iuxerat.
Pater iedor id est septuaginta. eo quod ipse
fuit doctor prophetarum. Ichutiel id est spe-
rans in deum. eo quod ipse habuerit li-
berandi populum de egipto. siue quod ipse
parentum de aquae pitulo liberatus
fuit. Pater ianoha qui interpretatur
gubnator. eo quod magna populo in he-
mo gubnatione exhibuerit. siue
quod doctrina sua cotidie gubnaret.
Quod uero sequitur. hyaut filij bethie
filij phaonis quam accepit mered.

37
filia pharonis idarco in hoc lo-
co et matre moysi vocat. et int-
pretat filia dñi p voluntate bona
quā in nutriendo puero habuit.
et a mercedē idē moysē accepta di-
at. eo q̄ relictis ydolorū cultibz
ad dei cultū cōuersa sit. **Carmi.**
pater ceila. et est amoa q̄ fuit de
machati. **Ceila** nomē loa ē. et
machati filii. **Dimon** p̄ amon.
et rena. filius fuit est amoa fili-
iesba. filij aschel filij alelel. fi-
ly chenes. filij cela. filij iuda. **Her-**
p̄lechā idarco in hoc loco poit.
p̄t meōriā p̄stū noīs. **Cogna-**
tiōes ergo dom̄ opantiū biffū i
domo iuramēti. hī sūt qui cū
beselehel cōmorati sūt ad exple-
dū opus tabnaculi. **Iuramēti**
etē dñi idē dicit sicut et ta-
bnaclm fedebz. q̄ in eo fedus esset
dei. et cū hoībus fecit iuramētū.
quo iurauit ad abrahā et ysaac
et iacob. **Qd̄** vō sequit. qui stare
fecit solē. redit ad p̄geniē phaes
de quo ortus ē dauid. oportuni-
iudicābz p̄geniē iuda. de q̄ tribz
regia orta ē in dauid termināe.
Tradūt enī hīc fuisse virū noe-
ni patrē maalon. et relion. i tu-
iub tpe sol stetit p̄ p̄uācauo-
nes legis. vt tanto miraculo vi-
so cōuertēt ad dñm deū suū.
Qd̄ q̄ face stepserūt idēto fame
tūaluit. ut ille qui i tribu iuda
p̄or videbat. famis iopia cū v-
ore et filiis nō solū a patria pel-
leret. **Herā** in eadē p̄gūatiōe
moreret cū filiis **Duros** autē me-
dary ēē maalon et thelion qui
hic seuer et itandes appellant.
et de quibz dicit q̄ p̄cipēs fuerūt

in moab. eo q̄ uxores moabitides
durerūt qd̄ in hebreo ex p̄suis
ponit. ut ab eruditis illi lingue
didicim. nō p̄cipēs sed mariti
dicant. **Qd̄** vō sequit. q̄ reuēse
in leem noemi et ruth demrāt. q̄
in leem idē panē post iopiā fami-
audita vbertate panis i bethle-
em reuēse sūt. **Et** q̄ hec hystoria
in libro ruth scribit. idēto sequit.
Hec aut vba vetera figulos di-
at habitantes in plantationibz
et sepibz p̄geniē que de ruth pa-
gata ē. **Que** i sepibz et planta-
tionibz habitasse dicit. q̄n ad re-
giā dignitate hec plantatio pue-
nit. **Cōmorati** sūt i b. hoc est in
bethleem. hoc ē apud regē i opi-
bus suis. q̄ ex eis rex dauid ortus
ē. cū i opa miris p̄ionibz p̄redi-
tant. **Fily** simeon in genesi sex
describūt. hic vō sextus tollit.
eo q̄ nulla p̄genies de eo p̄esse-
rit. **Mutant** noīa que dā suis
rationibz. **In** genesi scribit. ge-
muel. **Demuel** mare dei. **In** pa-
lipomenō namuel loquēs cum
deo. **Alius** vō in genesi vocatur
ohad in palipomenō iacob. **O-**
had interpretat laudatio. iacob
litigans. q̄ de eius p̄geniē exi-
uit zambrī qui cū scorto madi-
anide peccābz a phinee p̄emp-
tus ē. **Jachim** i genesi qd̄ int̄p-
tat p̄para. in palipomenō za-
ra qd̄ interpretat ortus. **Daul** vō
que eodē noīe in vtroq̄ libro iō-
meorat. hic filiū chananitis
tacet et vianitate fratru noīs a
zara q̄ interpretat ortus dicitur at
Qd̄ dicit hec ciuitates eorū vsq̄
ad regē dauid. hoc vult itelligi.

psselech et b'sabee que tribz iude
fuerūt. et a tribu simeon in ase st.
ad auid de nio in p'stina iude he
ditate redierūt. Agni rōmō vni
mū velle nomē est que interpretat
fons malāgnatorū et vniūsi ma
licorū p' arautū ciuitatū israh' vs
q' baal. Baal in hoc loco ipse est
qui in alio loco tariath baal scribit
de quo sup' dictū ē. Rōndū de re
liquis amalech.

Gera filij baal de stirpe ru
ben. ipse ē pater osee p'he
te. Rōndū q' ipa sit cethura
que et agar. Nā dū dicit rubeni
tab et gad ditas et dimidiā tribū
manasse pugnasse cū agarenis.
sequitur. p'buisse eis auxiliū iture
obnafes et nadab qui vniq' fi
lij ismael fuerūt. Idem in palipo
menō nadab in genesi cethura
vocat. Cethura interpretat. anti
quorū nadab vter. Inuit enī bellū
dn̄i q' dn̄s pugnauit cū eis. Cū stu
lit teglath falasar ruben et gad
et dimidiā tribū manasse et ad
duxit eos in hala et haboz et ha
ra. ipa ē rages. In malachi vō
hara p'etmittit.

Osedech sacerdos ipse ē esras. De
mōstrat hoc liber eius dē esre ubi
dicit. et p' her verba in igno ar
taret sub regis p'saz esras filij
zaraie filij azarie. Sed in libro
suo septimūtit hūilitatis causa.
Ad vō dicit ioānas genuit aza
ria. et ipse ē azarias q' sacerdos
fictus ē in domo quā edificauit
salomō in iherlm mōstrat eundē
azaria restitisse ozie regi qn̄ int
uit tēplū dn̄i cū thuribulo. i ter
remotus magn' factus. Tradūt

enī eundē esra ē malathia p'
pheta qui in duobz p'phis vltim'
est. Ipūis filius ē ihus sacerdos
magn' de quo memit zacharias.
Sciendū sane q' arabe appellatois
p'sonaz et imutatioēs nom. et
repetitioēs ad magnū misterū
p'tinet. filij raath aminadab filij
cius. Iste aminadab ipse ē qui in
numeris gessaar scribit p' chore.
Filius samuel qui in regū ioel nōi
atur. in palipomenō vassem scribit.
q' abia filius samuel in iudicio
cōstitut' muncz acceptor erat. et
q' iste ioel q' et vassem sciebat h'
et nō eū corripiebat. ideo dicunt.
vterq' fuisse. In hoc vō loco demo
strat eū sepatū a frē suo q' accep
tor muncz erat. Heliel p' ieroā
filius thou. in regū heliu scribit.
Dicit enī habet et nomē ei' hele
thana filij ieroā filij heliu filij thou.
Heliel interpretat. deus meus deus.
Heliu. deus meus ipse. Et hic ubi
heliel dicit. idē deus meus d' b. in
regū vō ubi nēdū ad tēplū mīste
riū designatur. s' solū. genealogie
ordo textit. dicit heliu. i deus me
ipse. Ad vō dicit enī tantor filij
iohel. et expleta genealogia dicit
asaph frem ei'. Hic frat nō mī
p'ris aut m'ris dicit. s' eo modo q'
solem' p' quos frēs appellat. Et
vō genealogia aaron repetitur.
et vsq' ad achimias puenit. pu
tat hoc oblaude et mēoriā archi
maas factū ē. eo q' feliat' erga da
uid in oibz egit. Hic manaam cū sb
urbanis suis. Hic manaam in pa
lipomenō p' mē qd interpretat mī
dicatio ppli in iosue scribit. ietnaā
p' nun idē acq' s'io ppli. h' ac videlicet

Cethura

rone. qz qui pmutubi custodienda
 lege fuerut acqsi. ppli. pp pta su
 a. vbi sut in vindicta ppli. Porro
 ex dimidia tribu manasse aner
 et suburbana eius. Aner ex vno
 de pueris abrahe nome accepit
 qui vocabat aner. eo qz ibi habi
 tauit et ibi sepultus est. In io
 sue vo an hac vocat. Aner inter
 ptat lumen. an hac respodens.
 In palipomeno balaam et sbur
 bana eius. i. iosue giblaa v. g. au
 la scribitur. Gblaam i. ueteratio
 ppli. balaam turbatio ppli. Ramoth
 vo que in palipomeno scribit. v. n.
 diat ramoth qz et sburbana ei
 in tribu est ysathar. Ramoth vo
 galaad que i regu scribit. in tri
 bu ephraim. In paral. de tribu
 vo aser masal ai suburbais su
 is. Hic masal pabola in pta. i.
 in libro vo iosue masal scribit.
 qd in pta. i. interrogatio dei. In
 paral. hual et suburbana ei. i.
 in iosue vo helial scribit. Hual
 in pta. i. scilicet. helial porao.
 Cedeb vna e in tribu ysathar.
 et altera in tribu neptali in ga
 lilea. v. n. fuit barach filius athi
 noem. In palipomeno amon ai
 suburbanis suis. in iosue amot
 dor. Amon in pta. i. calefactio.
 amot dor calefactio gnatiois. In
 palipomeno tariathaim et sub
 urbana eius in iosue vo scribit
 tharchan. Tariathaim in pta. i.
 v. n. maris. tharchan v. n. In
 palipomeno. de tribu ramoth i
 galaad et suburbana ei. Ramo
 th galaad in regu v. n. nome est.
 et est in tribu ephraim. In para
 lipomenon.

Porro filij ysathar. thola. et
 sua. iasub et sumeron. Iasub
 iasub in genesi iob noiat. Job inter
 ptat ululatio. iasub reuoras. Si
 meron ubi nome est hois p i. ubi
 nome atatis p a. filij iesaraia i pa
 lipomeno quibz dicit ee et no sut
 nisi qtuor. s. anumeat ai eis et p
 iesaraia qui vnicus p su. ozi fuit
 et fuit quibz. In palipomeno filij be
 iam. bela et becher et iadiel. In ge
 nesi p iadiel hasbeel scribit. Ia
 diel in pta. i. cognosces deu. has
 beel captiu dei. Omnes isti filij be
 cher. Vbi tunc i lege scribit oes isti
 filij ai. libet aut p meiton. dete
 oratioe fit. filij aut balan v. l. ie
 us et beiamin et aoth et thanana.
 Aoth de au. p genie fuit iudex aoth
 q in iudiciu scribit. Chanana vo i
 te. a quo egressi beiamite q nescis
 ppetuerunt. p qd magna cedeb in
 isrl tpe iudiciu facta e. filij neptali
 iasiel et ghuni et iezet et sellu. In
 genesi iste sellu sille scribit. Sellu
 in pta. i. pax sille retens. Qd vo
 sequit. filij bala q fuit cotubina ia
 cob. quida putat ideo illa i hoc lo
 co ab esra noiat. qz p morte ia
 cob legatioe functa fuit int ioseph
 et ceteros p i archas. qua pperati st
 ne recordaret pti eoz. In palipo.
 porro filij manasse asuel. cotubi
 naqz eius syra idz. manasse pepit
 machir p iem galaad. ferit hanc
 syra fuisse filia filij laban que i egip
 tu famis inopia ad vendandou a p
 ducta. a manasse q horreus perat
 nisi cordit suscepta. p i uba v. n.
 datus ab eod manasse in coniugiu
 supra est pepit qz ei machir p iem
 galaad. filij machir husim et su

excellentia ap mclor



fim unū nomē est. et soror eoz fu
 it maatha quā accepit quom tū q
 dragita esset anoz: ex qua suscep
 t. **S**echuk. **H**ufim interpretat thalam.
Sufim unctus. **N**omē scđi salphaad.
Iste idē scđi s nōiatur. q̄ hy duo
 p̄cipēs erant in tribu manasse. i.
 hufim qui et sufim et salphaad.
Soror at regina idē bedan filij
 hula. **A**lius est iste bedan. et ali
 est bedā in regū id est sampso. **B**e
 dan interpretat indan. **I**stis soror
 regina ē debbora uxor barach. q̄
 alio noīe lapidoch vocat. **P**ed i
 libro suo se p̄mittit hūilitatis
 causa. **D**uthela filij ephraim genu
 it ezer et helaad. qui p̄gregata
 militudie de isrl' ascende nisi sūt
 in tertia rep̄missionis. et in geth phi
 listinorū interfecit. **F**rēs vō qui ad
 cōsolandū ephraim venerūt. a eos
 dicitur quide p̄iarchis superant.
 aut cognatioēz quā fino noīe sepe
 noīam. **F**ilia aut bevia id est fara
 edificavit betheron iserore et
 supiore et ozenfara. **V**irtus illi
 femine describit. **O**zenfara nomē
 ē loci. **E**lisama filij amud ipse ē
 p̄iarcha de tribu ephraim qui in
 libro numei scribit. **I**sta ē sichem
 quā p̄tulerūt symeon et leui. **S**a
 ra filia azer dicit. p̄phetes fuisse
 et meitorū p̄rogatiū exuberāse.
Barfaich de p̄genie melchiel
 fuit in de filijs azer fuit ditiſſim
 olei et ceteraz opū. et detulit p̄
 mias helyzeo p̄phete. **I**n eo imple
 tū ferūt qđ moyses dicit de azer tin
 quat in oleo pedem suū.

Ara filius beiamin i geneſi
 scribit. gera qđ interpretat
 pegrinus. **A**ra in palipomeno

frater odoris. **E**t nōndū qđ h̄ qui
 qđ de filijs beiamin p̄termisit.
 quibz nondū p̄genies creuerat.
Noabain palipomeno ipse ē q̄
 in geneſi naaman. **N**oaba reg
 es. naaman pulcherrim. **I**n pali
 pomeno rafa. in geneſi dicit re
 thi. qđ interpretat frater me rafa
 medicina. **H**is sūt filij aoth p̄i
 pes cognationū habitantū i
 gabaia. qui t̄nſlati sūt i manad.
Manad interpretat sepulchru.
In manad ducti sūt. q̄n p̄ scelere
 in uxorē leuite p̄petrato in gla
 dio. corruerūt. **N**aama aut et
 achihia et gera et t̄nſtulit eos.
 designat eos fuisse p̄cipēs et
 illis emiſſe gera. **D**nde et ſm
 gulari nūo deſcribit. ip̄e t̄nſtulit
 eos. **D**e isto gera p̄ceſſit p̄genies
 gera. qui fuit pater semei. **S**aha
 rim dimiſit uxores suas uſum et
 bara. et fugit in t̄ra moab. et acce
 pit uxore. odes ex qua ſuſcepit
 filios qui hic ſcribūt. **H**is fugave
 rūt habitatores geth. et vlti sūt
 frēs suos filios ephraim. qui eoz
 gladio ceciderāt. **F**uerūt aut filij
 hula viri fortissimi et magno ro
 bore t̄dentes armū et multos habē
 tes filios et nepotes centū quīq̄
 ginta milia. **H**ic centū quīq̄gita
 milia refert ad filios hula. ut ſ
 te ſit ſenſus. **F**uerūt filij hula
 centū quīq̄ginta milia p̄ t̄ra p̄
 qui vocatur hyp baton.

Nathinnei id est donati. **D**at
 deni gabaonite eo qđ ſer
 uendū dati sūt ad tēplū dñi a
 iosue. **A**zarias quoq̄ filij helchie.
Iste ē helchias ſcđos magnus.
 qui librū legis iuenit t̄pe ioſie.

et dicitur pater fuisse iheremie pro-
 phete. **B**accabur carpentarij. id
 circo describitur. qui artificio suo
 fungebat. in domo dñi. et erat de
 tribu leui. et barachia filij asaph.
 filij helchana qui habitauit in
 atrijs nethophati. **N**ethophati
 nomē loā ē. ubi habitabat deth
 filius baana. de quo supius dñm
 est. qui erat corone domus ioab.
Obdia filij semere filij talaal fi-
 lij idithim. **I**ste ē idithim tantor
 dauid. **O**bseruabat i porta ignis
 ad orientē de filijs leui p vices su-
 as q̄ erat catores. et viabz suis
 ad psallendū cū dauid vōiebāt.
Dellū vō filius chore filij abisaph
 filij chore. **H**ic por chore p alexph
 scribit. et sonat chore s̄ dñs vō p
 he et sonat chorab. **C**hore cla-
 mas. chorab v̄ chorach caluus.
 ip̄e est qui in nūis scribit. **H**ic sūt
 chore sup opa misterij custodes
 vestibulor tabnaculi. **I**sti custodi-
 ebāt tabnaculi ostiū extēius. p̄es
 vō eorū qui sub̄ scribūt. et ipsal-
 tei otulos hñt ip̄i custodiebat
 ostiū int̄ius tabnaculi dñi. et erat
 catores. **C**astroz dñi tabnacim.
 dicit ubi dñs q̄serebat. **H**ic q̄tuor
 exātibz creditus erat om̄is numerus
 ianitor et q̄tuor ptes quibz observa-
 bāt custodes domus dñi. descripte
 sūt in libro nūi. **E**rat ei in vna q̄que
 pte qui q̄gita tres. qui faciūt centū
 duodecā. **P**hinees filij eleaz̄i. cāt
 dur eorū corā dño. **H**ic mōstratur
 phinees ad huc in eo tpe viuē. et
 in tabnaco viabz suis exātibz.
Hic sūt vices vigili q̄tuor que i se-
 quētibz describunt. quaz̄ i euāge-
 liō mētio est de vice abia. **I**n gaba-

choriath

on aut̄ amozati sūt. **P**ater gabaon
 iahiel et nomē vxoris ei maacha.
Iahiel ip̄e est qui in regū scribit ab-
 hel pater as p̄is saul. **A**bihel int̄-
 pretat̄ pater deus meus iahiel des-
 tus dei p̄ meitorū distantia. **E**t
 nōndū q̄ int̄ filios abihel ner̄ et as
 fr̄es vocant. sicuti et sūt. et in regū
 ita habet. **I**n sequētibz vō dicitur.
Ner genuit as. q̄ nō eū genuit. sed
 q̄ eū educavit genuisse eū dicit.
Isti habitauerūt e regione fratū
 suoz in iherlm cū fr̄ibus suis. **O**m̄-
 nis foris murob iherlm habitaret
 p̄ vicinitatē tamē et cōuentū loā.
 in iherlm habitasse dicit. **A**binā
 dal filius saul i palipomeno. in
 in regū vbi cū patre dñi sūt e ab-
 nadab vocat̄ id̄z pater me vōtū.
In alijs vō loas iesbi id̄z vocatus.
Esbaal interpretatur ignis marit̄.
Isoseth v̄ fusiois. **F**ilius vō io-
 nathan meibaal ip̄e est miphibo-
 seth. **M**eribaal interpretat̄ litigās
 maito. miphiboseth litigās i ma-
 ritū. **R**asfaia et rasfa mū nomē ē
 filij baana. filij moasa. **R**asfa int̄-
 pretat̄ deflens rasfaia mediana dei.
Esira bochru vni hois nomē est.
Bochru interpretat̄ pmogētus. **T**ra-
 dūt eū fuisse armigerū saul doeth
 pdumēū. et p̄v̄tū qui op̄ adema
 armillā saul detulit ad dauid fili-
 ū doeth pdumēū. **I**psū etiā doeth
 ferūt p̄v̄tū saul fuisse qui cū eo p̄-
 reterat ad q̄rendas asinas p̄is sui.
Iterit ergo saul. et tres filij
 eius et om̄is domus eius pari-
 ter contigit. **D**omus ei ip̄i conti-
 disse dicit. nō vt esset. de quibz fuit
 mardocheus. s̄ ut nō regnāet. **E**t
 caput affixerūt in templo dayon.



In hebreo no habet caput sicut
et caput miserant ad arduendum.
In regu dicit in bethsan. Bethsan
enim dicitur vocata domu dagon.
que interpretatur domus dormientis.
Alia est enim bethsan in iudicu et in
iosue que interpretatur domus satietatis.
Dabuunt reliqui vobis extraxit. id est
peccati bethseis gladio. si qui is-
rahelites inter eos inuenti fuissent
ab ea saluabantur. Gesbaam a-
thamoni ponit inter triginta. Guf-
baam interpretatur sedens in populo. fi-
lius athamoni id est sapientissimus
ipse est dauid. Hoc est quod in regu dicitur.
sedens in cathedra sapientissimus et
minuit de sapientia. quasi vnicuique te-
nerim. propter quod commisit in vi-
ria. Et in regu voluit dicat oc-
togenos illum vno impetu interfecit
se. in palipomeno hic dicitur tren-
tos interfecisse pro vnicuique. Vna
vix vno impetu intelligit octin-
gentos interfecisse. Vnde et in regu
dicitur vno impetu. Aboli frater
fuit psalmis dauid. cuius filius ele-
azar fuit. qui fuit inter tres potes-
tissimos. id est banaiam filium ioiade. a-
bisai filium. Saceruis fratrem ioab. Hi
steterunt in medio agri et defende-
runt eum. dauid saluz et eleazar. Hi
in palipomeno. In regu vero singula-
riter ponit. ut regis fortitudo mo-
stret. Descenderunt autem tres detri-
gita principibus in petram in qua erat
dauid ad speluncam odolla. Tres isti
sunt quos super memorauimus. Desidera-
uit dauid aquam. Quod non desideo
aque fecit. sed ad probandum virtutem
fortes inueniri possent. qui hoc attem-
perarent. Dixerunt enim domino gratias a-
gens quia tres viros in israhel de-

derunt. Et non dicitur quod vinum quod deo
in sacrificio offerebat aqua mixtu-
erat. Banaias filio ioiade percussit
duos ariel moab. In regu dicitur
duos leones. id est duos viros fortes
de moab. Hoc banaias milita tempore
petrabat. De capseel. Capseel no-
me loci est. Hic opus eius laudat id est
sapientiam. quod viderat de septuagin-
ta senioribus israhel. Capseel cognomen
uodei. In palipomeno semmoda
vires. ipse est qui in regu dicitur sa-
ma. Damam interpretatur ibi de. se-
moda noia. Elas filius phalti de la-
itho quod in regu dicitur. In palipo-
meno elles phonites dicitur. pygeni
enim mites designat. Ploni ei fuit
primus hoies. de quo dicitur in ruth.
est quidem pius quidem. Hobothai so-
chites. ipse est qui in regu dicitur mo-
huna. Hobunai interpretatur edific-
ium meum. sobothai interpretatur
causa mea. In palipomeno hylai achorites. ipse
est qui in regu dicitur selmon ahoites.
Selmon interpretatur sub umbra
hylai exaltatus. Banaias phara-
chonites filius aboli fratris psal-
mista. In palipomeno in regum
scribitur heldai. Hurai interpretatur
fenestra mea. heldai acume meum.
Abihel pro me abrahon. pro me
dolor. In regu filius iasen ionatha.
Non est putandum quod filius eius sit. si-
gillati enim ponit ionathan et est
filius sage in palipomeno. filius
vero assem givom. Iasen interpretatur
dormitor. assem notatus. Achaiam
filius sachar in palipomeno. et inter-
pretatur mites. in regu saar dicitur inter-
pretatur cantor. Elisal filius hur. in pa-
lipomeno eliselech filius abasbai
Elisal interpretatur deus meus mira-

bilis. huius ignis. Eliseleth deus
 meus liberabit. Abasbai p̄cep̄t
 in. In palipomenē hefer metho
 ratithes. Hefer ip̄e est helya p̄
 bethsabee filius arhitophel. **A**e
 chorati. venūdatū. hefer. foue
 a. helia deus meū miabilis. **E**s
 ro in palipomeno. et interpretat
 atrū meū. In palipomenē noo
 rai filius escabar in regū salai de
 arbi. Noorai puer meus. Escarai
 p̄opus meus. Salai interpretat
 glutō. Arbi. loquētia. In palipome
 no iohel fr̄ nathan. in regū s̄bi
 tur igaal filius nathan. Iohel int̄
 pretat̄ dñs deus. igaal redēpt̄.
Iohel et nathan et ionadab fr̄es
 fuerūt. filij sammaa fr̄is dauid.
Ed v̄o in palipomeno fr̄ nathā
 et in regū filius nathan dicit̄. h̄
 causa ē. Illic p̄ educatiōe ponitur
 pater. huius p̄ natura fr̄. **M**irbahur
 filius agrai in palipomeno. in regū
 baimi de gaddi. Mirbahur int̄pre
 tat̄ de electis. agrai aduēame
 us. Baimi filius meus. de gaddi.
 hoc ē de tribu gad. **H**uagetreus
 filius gether p̄ amasa. **M**ias he
 theus vir bethsabee. a loco q̄ vocat̄
 heth. hethcus dicit̄ ē. **H**uigtinta
 fuerūt et septē cū dauid fugeret.
 ante saul. **M**acha nomē ē officij
 feminarū de causis muliebribus.
Macha igeniosa. **B**elles amon
 tes. eo q̄ in amon m̄sterio fungēt̄.
Bethma moabithes. eo q̄ in amon
 m̄sterio fungetur. **H**arten beia
 mite. ab helchana et iesia et aze
 rel capiūt leuite.

Sed et de gaddi in fugerūt
 ad dauid. **D**e gaddi idē de
 tribu gad. **H**u p̄buerūt auctū da

uid adū su latrūculos idē amalech
 itas. qui p̄dati sūt vxores eius. et
 eoz qui cū eo erāt vsq̄ dū fieret ex
 atus nūb. q̄si exatus dei. q̄si sexce
 toz milium numerus qui de egipto e
 gressi sūt. **I**oiada quoq̄ p̄cipē de
 tribu aaron. ip̄m tradūt fuisse phi
 nees. a cuius cōpatione sadoth puer
 vocat̄. **E**d v̄o p̄cipēs dicit̄ venis
 se tū eis idē sacerdotes. **D**e filijs
 psathar viri eruditi q̄ nouerāt sin
 gularia. ip̄i ei erant doctores et cō
 putatores et migr̄. siue ad festiuita
 tes celebrandas siue ad vetera. et i
 deo dicit̄ est. in b̄ndictiōe psathar.
Supposuit humerū suū. et fr̄us est
 tributis seruiens.

Congregauit ergo dauid cū
 tū isel a s̄ior egipti. **S**ior
 egipti flūm̄ est. de nilo deriuat̄.
In iheremia. **E**d tibi ē ad riam e
 gipti. ut bibas aquā s̄ior. **I**n iosue.
Sior qui ē sup̄ facie egipti vsq̄
 ad terminos archaron. **C**ū puenis
 sent ad arca thodo. **E**ndon int̄pre
 tat̄ clipeus. **T**radit̄ enī locus esse.
 ubi iosue stabat q̄n dicit̄ est. **L**e
 ua clipeū tuū contra rebē ahi. **E**
 liada filius dauid in regū. et pali
 pomeno in p̄mo loco noiat̄ eodē
 nio. in sc̄do v̄o baliada. **E**liada int̄
 pretat̄ deus meus rognou. **T**ra
 dūt̄ p̄ t̄nsyressione dauid hoc no
 mē esse imutatu. **A**binadab int̄
 pretat̄ deus meus votū. **A**mina
 dab p̄plus meus votū. **I**ussit̄ idē
 aminadab duobz filijs suis. ahiō
 et oza ut portaret archā dei hu
 meris suis. et q̄ neq̄ ip̄i portauē
 rūt. neq̄ caathitis ad portandū
 dederūt. idcirco oza morte multa
 tus ē. **S**unt ei p̄im̄ in nō portando.

insustinedo archa iā pena p̄u.
Diuisio enī ozā tradit̄ q̄ paruisset
brachiū eius et humer̄ ubi archa
dñi portanda fuerat. et illis lo
cus diuisio quedā facta ē. Avertit
archā dei in domū obededom. O
bededom leuita erat. et ignoabat
dauid. ob quā causā indigna. dei
ueniss̄ in oza. Postq̄ nō cognouit
causā p̄ qua oza percussus ē. iussit
eā portari in humerib̄ sicut sequē
tia monstrant.

Uenit ex adūso flentū. Tra
dit̄ philisteos ydolū habu
isse. cui lacrimis hom̄ sacrificiū pa
batur. Huit illi more suo lacrimis
sacrificabāt. et eis ex adūso dauid
uenit. in quoz capiti b̄ iā furor
dñi seuebat q̄ ad eos uentū ē.
Ideo timuerūt gentes dauid p̄
ydolū destructū. cui humanis lacri
mis sacrificabat.

Utendit q̄ ei tabernaculū. A
uid nouū tabernaculū fecit
quo illud q̄ dauid moyses factū fuerat
in hemo coopret. In cybalis ene
is cocrepantes. In hebreo habet̄
in ambalis eneis ad audiendū q̄
videlicet ab illo psalmo iap̄iebat.
qui habet in capite. Exaudi dñe
iusticiā meā. q̄ est sextus decimus.
In nabli archana cātābat. In he
breo habetur p̄ viuētib̄. q̄ psal
mus q̄ dragesim̄ q̄ q̄ iap̄iebat.
qui hoc habet in titulo. In athais
portaua cātābant. q̄ a sexto psal
mo iap̄iebat. qui hoc habet in titu
lo. Pro octaua aut̄ q̄dam putant
pro uariā sione. Chonenias prin
cip̄ leuitary p̄phetie p̄eat. et ad
p̄inēdā melodiam. q̄ ip̄e eis sp̄u p̄
phie melodias et v̄ba ad meo

riā reuocabat. Barathias et hel
thana ianitores archie. In ian
tores portatores vocat. Lūq̄ ad
iussit deus leuitas. q̄ porta
bant archā fedēis. timentes a
sumoz.

Obededom et ichiel super
organa. Iffe ē ichiel. de
au p̄p̄ genue fuit iaziel p̄ph̄. q̄
in diebus iosaphat p̄ph̄ etauit.
Ded̄ iap̄e p̄ eis reges pha
raonē et abimelech. Dadoch
aut̄ sacerdotē et fr̄es eius sacerdo
tes corā tabernaculo dñi in ex
celso q̄d erat in gabaon. In
gabaon q̄dam. locū quedā ar
bitrant̄ esse in iher̄. ubi a da
uid tabernaculū sedes et archa
testamēti collocata fuit. Gaba
on interpretat̄ uallis. Excelsū
enī p̄pter sublimitatē cult̄ di
uini estimant. Reusus ē dauid
ut b̄ndicet domui sue. Q̄dā p̄
antifrasim dictū putant. Do
mū dō nichol filiā saul quā in
crepauit dauid. eo q̄ indignata
sit cū vidisset eū s̄b̄ siliēte corā
dño et archa testamēti.

Et q̄ tibi nomē q̄ si unus
maior̄ qui celebrant in terra.
Unus maior̄ abrahā. psal.
et iacob.

Utollet dauid geth et fili
ab eius de manu philisti
nozū. In regū scribit̄. tulit fr̄
nū tributū. ut dilataret imp̄iū
suū. usq̄ ad flumē eufraten. Q̄
dam putat de adadezer septū.
necno de thebath et thun. In re
gū betha et berochai. Betha it̄
pretat̄ reges. berochai. fontes
mei. Thebath macellū. chung

tullus. **P**roter ditione in hoc loco
mutatio nom facta e. **T**hou rex
emath in palipomeno. in regu
thochi. **T**hochi error me. thou er
ror eoru. **Q**uia filiu suu in dolo ad
dauid mittebat. idcirco mutatio
nois fra est. **V**isit ad ma filiu suu.
In regu iora. **I**ora deus excellus.
adura detor excellus. **F**eat dauid
sibi nome tu reuteretur capta p
na in valle salinar. resis dete et
otto milibz. **E**odem in regu scri
bit duodeci habet errore ducti i
psalmo scri. duodeci. **H**z illo du
odeci iob int fuisse phibet. **H**ic
dete et otto abisai. et ppt dignita
te regal nois dauid victoria assai
bit. **E**st eni in palipomeno plane
scriptu. q abisai her dete et otto i
ter feat. **C**ometarij com eoratores.
qui anotatis rebz et causis. regi e
as ad meoria referibat. **A**hime
lech filius abiat har. in regu abi
melech scribit. **A**himelech p me
rex ahimelech frater me rex. **D**usa
scribit in palipomeno. in regu sa
rai. **D**usa gaudiu. sarai princeps do
mini. **E**lethi eximatores. **p**hede
thi amirabiles. **Q**uait ei fuisse
septuagita iudites locoz sbstitu
ta. quos moyses i hemodno papi
ante elegerat. **I**n regu filij dauid
sacerdotes. in palipomeno pmi ad
manu regis scribit. **A**d mui ei sen
su mui qz conuenit. qz hic dicit eos
pmos et illic sacerdotes p nobilita
te et poratu. **H**u eni sunt qui in
thebron nati sut.

Hada misericordia ai ano fi
lio naas. pstitit ei in pz eu
nuam. **N**aas fuit rex amon. q in
regu scribit. ai quo pmu saul i de

fensione iabes galaad pugnauit
et vicit eu. **Q**uia ergo erat iunior sa
uli. idcirco gram prestabat dauid.
si quido veiebat ad eu. **I**n regu di
midia ptem padit barbe. **A** vestes
eorz medias vsqz ad nates. **I**n pali
pomeno devaluauit. et padit tuni
cas eoru medias. vsqz ad inguina.
Qd in vno hon deest. in alio habet.
Unde colligit eos devaluatos fu
isse. et vestim ei a pasam et retro.
Dophath aut pcepit milias ada
dez ex erat. **D**ophath intptat aus
ceratus. **I**n regu os scribit sobath.
et intpretat colubatus.

Amelchon de capite eius.
Amelchon ydolu modabitur. de q
in regu et in palipomeno et in so
phora scribit. et intpretat rex eoz.
De simulachro eni illius ydoli tu
lit dauid opadema. **I**lli utu eni
erat de ydolis aliqd auri a argenti
appete uideis plege. **H**ec ut ipit
dit ychai getheus qui de gente phi
listinor ad dauid ueniat. ipse opa
dema diripuit de capite melcon.
ut licet hebreo de maibz hois ca
pe. qd de capite ydoli no licet. **H**z
hec intu est bellu in gazer. **I**n re
gu in gob. **G**ob intpretat lacus.
gazer non omne locu est. et intptat
ordiuo. **H**icut locuste. ita filij a
raphhe delebati sel. **A**rapha ei fu
nurus noemi. de cui pgenie fue
rut ygantes. goliath et fres eius.
in quo ptussit sobothai husathi
tes. **Z**iphai. **I**n regu zach. **Z**aphi
teptat luare. **Z**iphai luare meu.
In palipomeno de genie raphaim.
in regu de stiepe arapha. qz filij oz
feerat ex genere ygantu in quo

passit ad eodatus. In hebreo scribit
eleanam filij iahir bethleemites
frater. Iahir. vigilans. In regū di
at huius filij iarae qd̄ int̄pretat̄ sal
tus. In regū dicit̄ elemites fr̄. Int̄
fecit goliath geteū. fr̄em goliath phi
lyster. que interfecit dauid. In eū
enī de serpe orse quiq̄. de quib̄ in
sequentiis dicit̄. Et passit eū io
nathā filius serua fr̄atris dauid.
Jonathā ipse jonathā. qui habuit
duos fr̄es iohel et ionadab. Idarco
huius nōmīnis p̄ter ipsonit̄. q̄ int̄ ph
atores describit̄. Vbi ergo de p̄phe
na ei dicit̄ nō ei anōtat̄ pater. eo
q̄ p̄ter eius p̄phā nō fuit.

Quod in p̄cām reputat̄ israheli.
Q̄est in morte que p̄ p̄cō ve
nit. In palipomeno mille milia
a et centū milia in regū octin
genta milia. In palipomenon
scribit̄ et huius qui remaserāt. et
huius qui interfec̄ti sūt. in regū deo
vini t̄mō nūant̄. Q̄d̄ vō di
cit̄ septuaginta milia interfec̄ta
fuisse. hic t̄m̄ capita senioꝝ nu
merant̄. Ceteros de plebe. milia
interfec̄ta sūt. q̄d̄ millenariū t̄re
simū nūm̄ excedūt. De tribu le
ui et bēiamin. q̄ nō sūt nūati.
nō sūt interfec̄ti. q̄ bēiamin ideo
euasit. q̄ recentis t̄pe frat̄is no gla
dio pene vsq̄ ad internitiōes cor
ruerat. Leuitē nō nūabant̄. q̄
sacerdotū dignitate p̄cellerant.
Gladū d̄ni et mortē et angeli.
Dicit̄ d̄ns in egiptū descendisse et
p̄cuisse egiptū plagā et p̄misse
p̄mogenitos egiptioꝝ. Hic vō q̄d̄
tribulit̄ positū est p̄mū de gladio
d̄ni. rempatur. d̄n̄ dicit̄ et angeli
d̄ni. In manu hoīs. ut flagellū

eius nō esset in manu hoīs. s̄ in
manu dei. q̄ milie miserationes
eius. Flagellū enī hoīs. et in gla
dio et in fame ē. q̄ possunt p̄hibe
venūdatiōes huius apud q̄s s̄ fr̄a
mēta. Didit̄ d̄ns et misertus ē.
Aut̄ sadoth sacerdotē infulatū.
d̄n̄m de p̄tatu fuisse. et imitatu
fuisse p̄cēm suū aaron. et illius
p̄ter et deuotionē. d̄n̄m vidisse
et misertū fuisse. In palipome
nō oznan int̄pretat̄ lumē nob̄.
in regū vō areuna id est area.
Oznā iebuseū ibi fuisse pat̄
at. q̄ noluit dauid absq̄ p̄ca
nia aliqd̄ offerre deo. In lege ē
p̄hibitu est. Quidā idarco di
cūt bis sanguinē fusu. positū
in lege. quod dauid dicit̄ ē. et p̄
sanguinē vrie qui effusus ē. et
p̄ sanguinē hostili que effudit.

Subij gerson filij moysi. De
buel p̄mū. Ip̄m autē fe
cūt ex q̄m in iudiciū ionathan
dicit̄. qui fuit sacerdos i tribu
dan. Jonathan int̄pretat̄ d̄ni
donū. Sebuel reuertens ad d̄n̄m de
quo scribit̄. Ip̄e et filij ei fuerūt
sacerdotes in tribu dan. vsq̄ ad
diem captiuitatis terre. id̄ ad
diem q̄n̄ artha dei ab allophilib
capta est. Sebuel. reuertit̄. deus
iuxta q̄d̄ dicit̄ p̄phā. Cōuertimī
ad me. et ego cōuertar ad vos.
Porro filij caabia multiplicati
sūt sup̄ modū. Et hic impletū ē
q̄d̄ d̄ns dixit ad moysen. Dimit
te me ut delectā ppl̄m istū. et faci
am te in gentē que maior̄ ista
est. Iuxta p̄cepta dauid nouissima
supputabit̄. filioꝝ leui nū̄s a
viginti ānis et sup̄. Q̄n̄ tabna

nila dñi mouebat de loco ad locu.
 attingita anis digebant. postq̄
 vō templū dñi edificatū est. a vi
 ginti. Qd̄ in q̄bus dā todiciabz ha
 bet̄ ad feruente simila. et in q̄b̄
 dā ad feruente tñmō. error est.
 In hebreo nō habet̄ simila in h̄
 loco. q̄ simila a p̄plo iā sup̄ius
 noiata ē. sed ad r̄uendū in he
 breo ponit̄. ut s̄baudias sp̄it̄.
 Damiaie enī q̄n̄ deferebant. sp̄i
 r̄it̄ terebant. et grana r̄ome
 deb̄at qd̄ genus ahi v̄lgo ḡneab
 vorant. In q̄bus dā todiciabz ha
 bet̄ sup̄ om̄e pond̄ et m̄surā.
 sed in hoc loco pond̄ nō habet̄.
 sed m̄sura tñ̄ gemina noiati
 posita. siue ea q̄ brachys a mani
 b̄ aut funib̄ m̄etit. siue ea q̄ v̄p̄.

Dux p̄cept̄ sc̄iary filius tha
 mar p̄cept̄ dei de filijs e
 leazar. Dux p̄cept̄ sacerdotū de elea
 zar. et d̄cto p̄cept̄ d̄ct̄ sc̄iary
 de ithamar. q̄ ibi m̄strabat. Di
 resima ezechiel. quorogno men
 sortit̄. ezechiel p̄pheta. Solomūch
 de filijs isachar sup̄ius generis
 feminini. salomūch vō in subseq̄
 tibz geneis masculini. filij me
 rari ozian et mazian scribitur.
 Mazian int̄pretat̄ de auxiliō dñi
 ozian auxiliū dñi.

Alexandria cornu. idz̄ cornu
 isrl. siue regnū dauid. In sorte vi
 resia eliatha q̄ in patulo sup̄i he
 liatha noiatus ē. Eliatha int̄pre
 tat̄ deus meus tu. heliatha deus
 meus veni.

Obededom. playa australis ex
 filijs ei dom̄ cōsily. Domū cōsi
 ly pleriq̄ itelligi volūt sc̄a sc̄oy.
 in qua eat archani cōsily.

Heliu siater dauid p̄cept̄ in
 da. in regū heliab vocatur.
 Heliab deus meus pater. heliud̄
 meus dñs. Voluit aut̄ eos dauid
 nuare a viginti annis et sup̄. Sic
 enī lex p̄cep̄t. ut nuarent̄ h̄y q̄
 poterant ad bella p̄ce de a aliquo
 misterio fungi. Quid̄ dauid ḡna
 liter iussit oēs nuari. et infra v̄gi
 ti et supra viginti annis. id̄ v̄to id̄y
 nationē dei exptus est. In fastis
 regis dauid. q̄ sup̄uenit indigna
 tio dei. om̄is ille numer̄ cōturbat̄
 est. et nō fuerūt distributa p̄ m̄is
 teria. neq̄ p̄ aliqua officia. H̄ys
 aut̄ thezauris qui erāt in v̄bibz
 thezauris in hoc loco nō solū pe
 cuniā. s̄ et om̄es sb̄as noiāt. Jona
 than aut̄ pater d̄ct̄ dauid cōsili
 arius. Ip̄e est nathan p̄pha. Pa
 truus vō honoris et p̄p̄quitatis
 causa vocat̄. Jaihel filius athā
 moni erat cū filijs regis. Iste ia
 hiel ē filius dauid. qui in regū
 thilaab noiatur. Athāmoni sa
 pietissim̄ id̄ est dauid.

Auros mille in libaminibz
 suis. id̄ est cū vino. Dux
 erūt sc̄o salomonē filiū dauid.
 Duxerūt aut̄ dño in p̄cept̄ d̄ce
 tes. Quiq̄ regnet. tu deus n̄r. tu
 semp̄ sis deus n̄r. Qui p̄erat s̄be
 regis cū eunuchis. Querit̄ m̄
 hit eunuch̄ ad tā grande cōsiliū
 vocati esse d̄tant. cū legis. p̄hibi
 tiōē israhelitas absadi. p̄hibet.
 alienigna nō facile possit admit
 ti ad tā grande cōsiliū. Tradunt
 hebrei in hoc loco illos vocari eu
 nuchos. qui ab om̄ibz actibz sc̄i
 alieni. oroni tātūmō et lectioni
 vacabat̄. et uxores nō causa libi

diuis. s. suscipiende. plus gra habe
bat. quos iosephus scdm eoz he
sim esse os vocat. Audite frs mei
et plius meus. In hoc loco et feni
tate et poratu suu demostreat. De
ditq salamo sup thronu dñi. ppt
silitudine leonu. qui etia in thera
bin desubut. Oesta dauid pora
et nouissia. Poru qñ regnauit i
hebron. nouissia qñ regnauit i
ihelm. s. dondu q qdraginta annis
regnasse phibet. et in libro sa
muelis scdo scribat. septis annis
et sex mensib9 in hebron. i ihelm
triginta trib9.

**Explicunt hebraice qstiones bñ
theronimi pbr̄i de primo libro pa
lipomeno. Incipunt qstioes he
braice eiusde de scdo libro pali
pomeno. De primo capitulo**

H casti tu prem eo
miam magna t
constituisti me re
gem pro eo. Na
scdm lege phibi
tuerat. ne qs de
altius uoce ge
neratus auderet interuentus dei.
Et fecit eos se in uehilib9 qdragit
et tu rege in ihelm. Debes quader
garu dicit mites que in ihelm e
rant edificare ad statione curru
qd et septua demostreat in dicit.
et tu rege in ihelm. Et q de egipto
et qui de thoa. Thoa alij dicit in
sula ee ma. de ciladib9 i q fuit
esulapius. Hebrei dicit h. noie
ogregariuez significat. In palipa
menos hura qd interpretat deus
excelsus. in regu hura qd interpretat
vniit excelsus.

M s. hura prem me. huc

hura filius fuit mulieris salomich
de tribu dan. que i libro nuoz sc
bit. Prem vo ei tradit hebrei
fuisse hebreu de p gene ooliah
de tribu dan. qui in heron o tu be
selehel opatus e. Qd vo huc tuu
vocat. illi dicit hoc in latioe fat
tu fuisse. Zooz. eni ligua eoz psal
matub intelligit. Cirus e qua il
li soz vocant. in qbus da locas psal
matio intelligi solet. Jdico vocat
ille prem suu. q ad eu de tra isrl
ad peganadu pfertus docuit eu
more dñi. et adduxit eu ad cogni
tionem dei.

M Oeia interpretat visio. Ipe e
an locus de quoductu est.
ad abrahā. Wade in tra visiois.
In mesura pma idz ad mesura
quam oyses tabnatulu in hemo
mesus. Jachim interpretat ppatoe.
Huc voluit intelligi dauid. Boob
ppt virtute castitatis.

S caundu spem qua iusserat
fieri. subaudit. deus. ppt meozia
vituli in hemo conditi. Basilicam
grande ubi reges orabunt.

D omin dicit ut habitaret
in taligine. qñ ad moy sen
dicit. ecce ego venio ad te i colup
nanubis. Et de panti fuerit i loco
isto. exaudi de celo et ppiaare per
tatis eoz. et redut eos in tra qua
dedisti pib9 eoz. Cu ei in loco
isto eos adoraturus dicit. au di
at et redut eos in tra qua dedis
ti pib9 eoz. nisi forte hy q ibi
ad orandu venerit obtine vale
ant. ut hy qui i captitate ducti
sunt reducant. Et conuersi a pib9
exaudias eos. Nondu q alado
randu pgit. a pib9 cotendū e.

Sanctificavit salomō medi-
 uatru ante templū dñi.
 Quia p̄ multitudine sacrificioꝝ
 hostias nō poterat oēs offerre
 in altari. ideo media pte dedica-
 uit. et ibi offerret sicut in altari.
 fectoz die octavo tolliam. Hec ē
 collecta que i libro nūi scribitur.
 Die octauus ēit vobis celebra-
 m̄ atq; factissim⁹. est enī cētus
 atq; collecte. Quabz eivniab⁹ in
 ano hec collecte colligebāt. Die
 octavo pasche et die octavo tab-
 nauloz. Et nōndū qd̄ in ea q̄
 in pascha celebrat̄ dicit̄. cele-
 brabit̄s collectā dño deo vꝛo.
 que i solepnitate tabnaulozū
 celebrabit̄s tolliam vob. fꝛō au-
 tab fude xpi tui. id est nō resp b̄s
 deputatoꝝ meā. vñ et dicit̄. sus-
 cepi facietuā. letantes et gaude-
 tes sup bonis que fecerit dauid
 et salomoni et israhel p̄plo suo.
 qd̄ dauid dimisso peccato vꝛo e-
 thei regnū cōcessit in sempiternū
 et salomoni qui lege phibeat̄
 intrāe etiā dei nō solu veniā
 fcaā regnū cōcessit. et israheli
 qui p̄ multitudineꝝ puaitationū.
 et in tēplo dñi iuocaret̄ regē
 et grām meruerūt.

Quitates quas dederat
 h̄yrā salomon edificavit.
 Eas autates q̄s dederat salo-
 mon h̄yrā. et ille noluit eas re-
 ape. f̄ vocavit eas tabul. ipsas
 dicit̄ h̄yrā salomoni dedisse.
 Omnia q̄cuq; voluit salomō edi-
 ficavit in iherlm̄ et in libano. Hic
 in libano tēplū edificat̄ iuxta
 illud. aperi portas tuas. et in exe-
 chiel in solepnitate ebdomaday

id est in pentecosten.
Reliqua aut opm salois poy
 et nouissioꝝ. Pꝛioꝝ anq̄
 puaitatus est. postioꝝ postq̄
 pꝛeuaitatus ē. In uisione quoq;
 iado videntis. Iado ip̄e est p̄p̄ he-
 tes qui ad arguendū iheroboa
 pro altari qd̄ fecerat a dño mis-
 sus est in samaria.

Pater tuus durissio uigo
 nos oppressit. eo qd̄ vigū
 quoz milia vires singul̄ me
 sibz morabant̄ tū rege i iherlm̄
 Inyt consiliū tū senibz q̄ stete-
 rant corā pꝛe em̄s salomone.
 idz banaiā filio iouade. et ia-
 hihel filio achamoni. qui alio
 noie thilab dicit̄. Relicto consi-
 lio senū tū iuuenibz tractare
 cepit. id est ad burā qui i seq̄
 tibz lapidatus describit̄. H̄at
 aut̄ vide domū tuā dauid. fluit
 aut̄ videat deus. qd̄ nos a do-
 mo dauid recedim⁹. p̄cām ē fi-
 loꝝ em̄s q̄ nos abicituit. In regū
 burā. in palipomeno ad hurā.
 Hurā flui⁹ exaltatus. ad hurā.
 ruina exaltata.

Edificavit autates m̄gna
 tas. Causa belli edificauit
 autates. Sacerdotes exrellon et
 demonū. qz sicut̄ fiebat yma-
 go ad demones dabat ressonsa.
 et cōstitutebat̄ sacerdotes. Dicit̄
 aut̄ roboam vꝛozē maalath
 filiā ierimuth filij dauid. Iste
 ierimuth nō scribit̄. neq; in re-
 gū. neq; in palipomeno. q̄a fu-
 it de filiis concubinarū. Accepit
 maacham filiā absolon. Non
 ē ip̄e filius dauid. f̄ alius. qd̄ i
 regū demonstrat̄.

Scripta sunt in libro semie
p̄he. et abdo videtur. Huc
abdo superius iado noiauit.

Setit abia super monte sama
riam. que multiplicat hodi
e samaria dicitur quod non potest esse.
fuit enim mons in effraim hanc paul
a carnelo ubi fuit helias. Ipsi et
filius eius partu salis. Partu salis
in quibusdam locis pro lege ponit. que
dicitur condimentum est. et in hoc loco pro
domo dauid que uniuerso israhel comi
mentum fuit. Porro robam erat tu
rib et corde pauddo. quod prophete ver
bis semie extimuit. In tauro et i
auctibus septem coseabant manus
eius. qui sacerdos futurus erat. Huc
enim more iheroboam ceperat. ad
sacerdotes ydolorum coseandos.
Et corruerunt vulnerati ex israhel qui
quingenta milia virorum fortium. Hic
nimirum qui ante ydola curruerunt
genua sua. Preceptum enim erat
in lege. ut si quis ydolum adoraret.
moreretur. Et cepit aitate eius.
bethel et filias eius. Bethel ipa
in qua posuerat iheroboam vitu
lum. Et non quoque et filias eius. Et
non ipa est sichem.

Azarias autem filius obed. Obed
iste est iado quod ad iheroboam
missus est. In tempore illo non erat pro
egrediendi et ingrediendi. Cra
dunt hic hebrei. quod qui quingentadu
ob annis nec auis volauit nec
bestia parturierit pro israhel. et israhel
fuit absque spe. et omnes gentes.
in conturbatioe. Et dedit auit al
tare domini. quod erat ante portuum.
Illud salis quod a salomoe construc
tum fuerat renouauit. In omni enim
corde suo iurauerunt. in corde. i

reunio. in affluentioe. in voluntate.
in elemosina. Hic et maacha matre
asa regis. Hic et maacha matre
sua. quod non ambulabat via recta si
cut filius eius. Ex augusto deposu
it impio. hoc est de sacerdotio. Co
minuit simalachy priapi et con
bussit in torrente cedron. Autem co
minuisse illud et clam voluisse pro
uere. quod ut dominus patefaceret in torrente
cedron. ex aqua ignis pressit.

Iussit enim in iuro mitti. eo quod
publice se arguit. Doluit pro
asa. quod podagre humore correptus
est. Non dicitur est quod regibus causa iue
rentie robustioes vestimentorum
et aromatum fiebant. Unde dicitur.
Et iuxta robustione maiorum faciam
tibi.

Et ambulauit in viris dauid
primis. id est ante quod peccasset dauid.
Post istum amasias quod filius zechari
consecratus domino. eo quod esset de tribu
yzachar. et esset doctor.

Doro rex israhel stabat in cur
ru suo contra syros usque ad
vesperam. et mortuus est occidete
sole. Accepto igitur vulnere mortali.
iussit se teneri ne deprehenderetur
ab hostibus. quod vulneratus esset. et ei
ruina. et hostibus victoriam et pro
periculum fugae inuenerat. Occidete
sole mortuus est. ut nocte presidio
fuge sue plus habet.

Hien filius anani. illi videli
cet prophete. qui ab asa rege iuda
in carcere missus est.

Alij moab. et filij amon et
cui eis de amonetis. Pro du
meos vult intelligi. quod ob reueren
tia fratris nolent in partem
arma mouere contra israhel. sicut in signu

rabat se in habitu amonitacū.
 De his locis que trans mare sunt.
 Mare salinarum est ubi iordanis
 influit. Ant atrium nouū. Atrium
 nouū id est atrium quod per aduocatum ps
 tina nouitate reduxerunt. Nomen
 enim tuum in domo ista. Quod scriptum
 erat in fronte pontificis. sive in
 vestimento ephod et in septibus mo
 stratur. Idem locus sub ieruhel vo
 catus est ab eadem die id est timor domini.
 Egredi sunt per desertum theaue. In
 de fuit et theautes femina. Confi
 tenti domino quoniam ierusalem eius quod de
 co deest. quoniam bonum quoniam in hac re no
 ma suetudines sua qua oēs tolerat.
 sed iudicium exercuit. Vocauerit lo
 cum illū. vallis benedictionis. Vallis
 benedictionis ipse est ieruhel de quo
 superius dictum est. Nomen matris eius
 azaba filia selachi. Selachi qui in
 terpretatur missus ipse est annani
 propheta filius iado de quo superius
 dictum est. Quod et circo missus voca
 tus est. eo quod ad asaphem iosaphat
 generum suum ad prophetandum missus sit.
 Phetauit autem elizeus filius dodan.
 Unde intelligit filius anuuli eius
 iosaphat fuisse.

Omnibus hiis filii iosaphat regis
 iuda. Quia imitabat. opa
 regis iosaphat. ideo duplicatur
 in diat omnes illi filii iosaphat.
 Ambulauit iora in viis regni israel
 sicut egerat achab. filia quippe a
 chab erat uxor eius. Athalia erat
 uxor eius que non filia achab sed
 amici erat. h imitatio eius filia
 eius vocata est. Unde et in regum dicit.
 de iora quod erat gener domini achab.
 Insuper excellens fabricatus est. Pleni
 que putant in domo domini illi excel

sa fabricatus fuisse. que sita est in mo
 temoria. quod manifestum in ges
 tibus manasse regis ostendit. Nec
 mansit filius non iochab. iochab
 ipse est achazias pater ioras. filius
 iora. Cuius soror fuit iosabeth. Ios
 abeth non fuit filia athalie sed
 de alia uxore suscepit eam. Es
 tio valde perplexa oboritur. Dicit enim
 regnasse iora octo annis. et vix
 isse quadraginta. et dicit filium
 eius achaziam regnare cepisse
 fuisse quadraginta duorum annorum.
 Quod sita est duobus annis anquam ipse
 enatus illum genuit. Et non soluat.
 quod sit ridiculum simplex etiam licet auer
 tit. Ipse est enim iora qui hic quadragi
 ta annis vixisse dicitur. et octo regna
 se. Dicit annis quadraginta et regna
 uerit annos viginti et octo. Octo etenim anni
 qui ei in regno tribuuntur ipsi sunt an
 ni quod frater occidit cum adhuc innocent
 vixit. Viginti vero anni quibus regnasse
 dicitur. ideo a numero eius auferuntur. quia in
 languore et tribulatione deduxerunt eos.
 Ideo filio eius tribuuntur qui non apli
 us quod viginti tres annos regnasse phi
 betur. ne de numero summa dependentes
 errore in dagatione temporum faciant.
 Achazias enim vixit annis viginti
 tribus uno tantum anno regnauit. Col
 latio enim licet ex libro regum huius
 solue de questione magnam probet auxi
 lium. Igitur azarias filius iora rex iu
 da. hic azarias paulo superius acha
 zias nominatus est. Achazias interpretatur
 apprehendens deum. azarias ad
 intorū domini. Et ideo mutat ei no
 me in melius in hoc loco. eo quod iux
 ta preceptum domini in israhel ad infir
 miū visitandum descendit.

Et filios femine achazie quod misit

bat ei. filios fundiuit cosobrinos et
consanguineos.

Et crea p̄s in porta que ap-
pellatur fundamētū. Porta
fundamētū. portā sūarij. Et reli-
quū vulgus obseruet custodias do-
mū. id est quibus necessarij sunt ad ex-
plendū opus id est ad cōfirmādū
regē. obseruat tamē custodias dñi.
ne quis eorū ingrediatur locū que
ingredi nō debent nisi sacerdotes et
leuite. Imposuerūt sup eū d̄pade-
ma et testionū. Testimonū erat
filateia eo q̄ in illis decē v̄balegij
essent. Dixitq; eū ioiada potifex
et filij eius. Zacharia dicit. q̄ p̄pha-
uerat. que postea idem ioab inter-
fecit. ut ad magnā d̄pnationē
eius p̄tineret detrimentū. q̄ ausus
ē eū interficere. qui se in regē v̄xerat.
Vidit regē stantē sup gradū suū.
sup solūpnā videlicet quā salomō
p̄auerat regib; in basilica. Pe-
pigit ioiada fedus int̄ se m̄iū samq;
p̄plm et regē. De in loco legib; et dei.
quippe qui m̄ister dei erat collo-
catus. et cui; nomē interpretat. do-
dñm cognoscens. Et p̄plm et regē.
vt et p̄plūs et rex obedirent deo et
legi eius. et p̄plūs erga regē fide-
lit̄ ageret. et rex p̄plm aī iusticia re-
get. Dub manib; sacerdotū atq; le-
uitaz. ne de alia tribu sacerdotes
fieret nisi de leui. Cōstituit q; iani-
tores in portis domū dñi. ut non
ingredetur. imund; in omni re. id
est ut nullaten; nulla occasione
ingredetur domū dñi. aliq; de sa-
cerdotib; baal. Et v̄rb; q̄ euit.
Duce que eaten; p̄doloꝝ cultib;
tpe athalie inq̄nata erat. siue
q; post multū tps q̄ rex v̄nct; est.

athalia infecta. singulis ad domos
suas p̄gentib; oīs tumultuatio cō-
queuit.

Et nomē m̄iū eius sebia de
berfabee. Idcirco nomē p̄is
nō scribit. sed m̄iū. q̄ nō fuit tam
celebre ut scribi potuisset. Quorū
enī nomē scribūtur. celebritate et
potencia. a generositate eorū fit.
Egredimur ad citates iuda. et colligi-
